vt ſi aſſequuti fuerint, arguti eſſe videatur: facta ratiocinatio dubitatio euadit. vincta enim mens eſt, dum ſtare quidem non vult, propterea quòd non placet quod concluſum eſt: quia tamen quomodo ſoluat rationem non habet, progredi non poteſt. Euenit autem ex quadam ratione, vt imprudentia cum incontinentia virtus ſit. contraria enim agit ob incontinentiam quàm exiſtimet: mala autem eſſe bona, non eſſéque agenda exiſtimat: quare bona & non mala aget. Accedit quòd qui ex eo quòd perſuaſus eſt,& ex electione iucunda & agit & ſectatur, melior eſſe eo videretur,qui non ex conſilio, ſed ex incontinentia eadem agit. aptior enim eſt, vt curetur: quippe qui admittere diſſuaſionem poſſit at incontinens ei prouerbio eſt obnoxius, quo dicimus, Quando aqua fauces ſtrangulat, quid amplius bibere opus eſt? nam ſi non perſuaſus eſſet ea quæ agit, ſi diſſuaderetur, deſiſteret: nunc autem perſuaſus, nihilominus alia agit. Inſuper ſi circa omnia incontinentia & continentia verſatur, quis abſolutè incontinens erit? nam omnes incontinentias qui habeat, eſt nemo. quoſdam autem abſolutè eſſe dicimus.

CAPVT IIII.

AC tales quidem dubitationes incidũt. ex his autem alia tollenda ſunt, alia relinquenda: quippe cùm dubitationis ſolutio nihil aliud quàm inuentio ſit. Primum igitur conſiderandum eſt, vtrum cognoſcentes nécne, agant, & quomodo cognoſcentes. deinde circa quæ incontinens & continens, hoc eſt vtrum circa omnes voluptates & ægritudines, an circa definitas aliquas ſtatuendus ſit. tum vtrum continens & tolerans idem ſit,an diuerſus. & ſimili modo de cæteris quæ cognata contemplatione huic ſunt. Initium autem conſiderationis eſt, vtrum continens & incontinens in eo quòd circa quædam,an in eo quòd quodammodo verſantur,habeant differentiam. id autem quod dico tale eſt, vtrum incontinens ex eo quòd circa talia verſatur tantummodo, ſit incontinens, an ex eo quòd quodammodo verſatur, an non, ſed ex vtriſque. Deinde an incontinentia & continentia circa omnia verſetur, nécne. qui enim abſolutè eſt incontinens, non circa omnia verſatur,ſed circa quę intemperans: neque abſolutè ad ea ſeſe habet: idem enim cum intemperantia eſſet: ſed eò quòd hoc modo habet. ille enim ex electione ducitur præſentẽ voluptatem ſemper eſſe perſequendam exiſtimans: incontinens verò cùm non exiſtimet, perſequitur.

A ὅταν ἐπιτύχωσιν, ὁ γινόμενος συλλογισμὸς ἀπορία γίνεται· δέδεται γὰρ ἡ διάνοια, ὅταν μένειν μὲν μὴ βούληται, διὰ τὸ μὴ ἀρέσκειν τὸ συμπερανθέν· προϊέναι δὲ μὴ δύνηται, διὰ τὸ λῦσαι μὴ ἔχειν τὸν λόγον. συμβαίνει δὴ ἔκ τινος λόγου ἡ ἀφροσύνη μετ᾽ ἀκρασίας ἀρετή· τἀναντία γὰρ πράττει ὧν ὑπολαμβάνει, διὰ τὴν ἀκρασίαν. ὑπολαμβάνει δὲ

B τἀγαθὰ κακὰ εἶναι, καὶ οὐ δεῖν πράττειν· ὥστε τἀγαθὰ καὶ οὐ τὰ κακὰ πράξει. ἔτι, ὁ τῷ πεπεῖσθαι πράττων καὶ διώκων τὰ ἡδέα, καὶ προαιρούμενος, βελτίων ἂν δόξειεν εἶναι τοῦ μὴ διὰ λογισμὸν, ἀλλὰ δι᾽ ἀκρασίαν· εὐιατότερος γὰρ διὰ τὸ μεταπεισθῆναι ἄν. ὁ δ᾽ ἀκρατὴς ἔνοχος τῇ παροιμίᾳ ἐν ᾗ φαμὲν, Ὅταν τὸ ὕδωρ πνίγῃ, τί δεῖ ἐπιπίνειν; εἰ μὲν γὰρ

C μὴ ἐπέπειστο ἃ πράττει, μεταπεισθεὶς ἂν ἐπαύσατο· νῦν δὲ πεπεισμένος, οὐδὲν ἧττον ἄλλα πράττει. ἔτι, εἰ περὶ πάντα ἀκρασία ἐστὶ καὶ ἐγκράτεια, τίς ὁ ἁπλῶς ἀκρατής; οὐθεὶς γὰρ ἁπάσας ἔχει τὰς ἀκρασίας. φαμὲν δ᾽ εἶναί τινας ἁπλῶς.

Κεφάλαιον δ.

Αἱ μὲν οὖν ἀπορίαι τοιαῦταί τινες συμβαίνουσι. τούτων δὲ, τὰ μὲν, ἀνελεῖν

D δεῖ· τὰ δὲ καταλιπεῖν· ἡ γὰρ λύσις τῆς ἀπορίας, εὕρεσίς ἐστι. Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον, πότερον εἰδότες, ἢ οὔ, καὶ πῶς εἰδότες· εἶτα, περὶ ποῖα τὸν ἀκρατῆ καὶ τὸν ἐγκρατῆ θετέον. λέγω δὲ, πότερον περὶ πᾶσαν ἡδονὴν καὶ λύπην, ἢ περί τινας ἀφωρισμένας· καὶ τὸν ἐγκρατῆ καὶ τὸν καρτερικὸν, πότερον ὁ αὐτὸς, ἢ ἕτερός ἐστιν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅσα συγγενῆ τῆς θεωρίας ἐστὶ ταύτης. ἔστι δὲ ἀρχὴ τῆς σκέ-

E ψεως, πότερον ὁ ἐγκρατὴς καὶ ἀκρατής εἰσι, τῷ περὶ ἃ, ἢ τῷ πῶς ἔχοντες τὴν διαφοράν· λέγω δὲ, πότερον τῷ περὶ ταδὶ εἶναι μόνον ἀκρατὴς, ὁ ἀκρατὴς, ἢ οὔ· ἀλλὰ τῷ ὥς, ἢ οὔ, ἀλλὰ τῷ ἐξ ἀμφοῖν· ἔπειτ᾽, εἰ περὶ ἅπαντ᾽ ἐστὶν ἡ ἀκρασία καὶ ἡ ἐγκράτεια, ἢ οὔ· οὔτε γὰρ περὶ ἅπαντά ἐστιν ὁ ἁπλῶς ἀκρατὴς ἀλλὰ περὶ ἅπερ ὁ ἀκόλαστος, οὔτε τῷ πρὸς ταῦτα ἁπλῶς ἔχειν· ταὐτὸν γὰρ ἂν ἦν τῇ ἀκολασίᾳ·

F ἀλλὰ τῷ ὡδὶ ἔχειν· ὁ μὲν γὰρ, ἄγεται προαιρούμενος, νομίζων ἀεὶ δεῖν τὸ παρὸν ἡδὺ διώκειν· ὁ δ᾽, οὐκ οἴεται μὲν, διώκει δέ.